

Dio n'è prescio, ma in modo contingente.

È poiche l'uomo non ne ha certezza, così nascono tutte le sue attività, di cui lo scopo principale è quello di conservare l'esistenza, conforme ai dettami della natura, dell'esperienza, delle arti e scienze.

O vuol forse Antonio bandire il nuovo dogma che l'uomo non si curi di tutelare la vita?

Ma come proverà falsa l'esperienza, o cambierà la stessa natura?

Meglio accettare e questa e quella, e credere che, fuggendo i luoghi infetti, l'uomo agisca volontariamente e col permesso divino.

Fin qui la sua risposta sopra il fato e la prescienza: risposta lunga, ma la materia fu ardua.

Passa poi a trattare l'obiezione che la fuga non giova a prolungare la vita; il che concede;

ma sarà perciò la fuga o vana o stolta?

Riconosce i disagi d'un lungo soggiorno fuori della propria dimora, ma non per questo muterà il suo parere.

Brama forse l'uomo savio d'aver lunga la vita, o non piuttosto tranquillità?

E quale tranquillità in luogo in-

contingens. dico sic ab eo fuisse prescitur, quoniam potest et aliter^(a) prescivisse. et id quia nulli mortalium certum est, succedit humana solertia. atque inde sunt cure, studia, labores, vigilie; inde artes, inde discipline, et denique omnis nostra vita continetur. cuius eciam solertie potissimum munus est in comparandis utilibus nostre vite pellendisque nocentibus. quod ipsum natura suadet, monent artes, experientia docet, erudiunt discipline. his autem neglectis, omnibus atque frustra sint. an dogma novum unus constitues, ut de tuicione vite nichil simus accurati? sed vide eciam atque eciam quid moliris. nam omitto de artibus, in quibus error, 10 taceo de disciplinis, in quibus varietas esse potest; at experientiam, que falli non potest, quo argumento falsam docebis? aut naturam, que, ut ait Aristoteles, aliter assuescere nequit^(b), quo ingenio poteris avertere? equius est itaque naturam sequi, probare quod in experto constat, atque putare non contra fatum nec providentiam Dei niti, qui pestilentem auram deserit ut consulat vite, sed fato vel magis sua voluntate ducente, Deo sinente. hactenus de fato et providentia quantum attinebat, in quibus longior fui aut quam vellem aut quam putavi. sed cum studeo claritati, factus sum productior. nam ardua brevibus tradi nisi obscure non possunt. 20 Age, ut involuta ista relinquamus! multum enim tibi adversatus, iam admodum cupio ire tecum in gratiam. atque pro tempore, disserendi causa, concedo tibi, quod tamen non^(b) extorques, fugam nil prodesse vite prorogande. hic mox censeas reliquum me tibi relicturum, ut fatear inanem et, ut sic dicam, stultam fugam 25 esse, que adiciat vite nichil etatis, incommoda vero quam plurima. quot ea sunt, que patiuntur quicumque domicilio suo longe absunt! quamobrem, dum aspera et^(c) toleratu dura commemorantur, illud ut frequenter est primum: qui domo profectus non est, quid incommodum sit, ignorat! sed non ideo muto propositum. nam, 30 per Deum immortalem, quid optat sapiens aut quid querit in vita? an ut longeva, annon potius ut quieta et tranquilla sit? loco vero tabido et infecto, que ulla sapienti potest esse quies aut tranquillitas

(a) *M* et taliter (?)

(b) *M*¹ quod tu non

(c) *M* quamobrem et

(1) ARISTOT. *Eth. Nicom.* 1103 a: οὐθὲν γὰρ τῶν φύσει ὄντων ἄλλως ἐθίζεται.